UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

5. Palatium S. Marci Venetiis ab igni servat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

Visual Library

pentè viderunt. Et Venetorum au- 5.

Palatium S. Marci Venetiis ab igni ſervat.

guſta illa baſilica, quam S. Marci palatium vocamus, in cineres iviſſet, Rempublicam moderante *Ioanne Mozanigo*, niſi depopulantem obvia quæque flammam panis hic ſubitò exarmaſſet.

Memorabile eſt, quod anno poſt 6.

Flammãtem validè ignem in Hiſpaniâ opprimit.

natum Servatorem ∞ I Ↄ. XXVI. accidiſſe in regni Toletani oppido Cginchonenſi narrant. Fortuito ſed fœdo inprimis incendio domus ibi quædam conflagrabat. Dum ergo civitas omnis effuſa ſopiendo igni diligentem ſed inanem operam impendit, quidam ex monaſterio Auguſtiniano (quod celebre illic eſt, & *Dominæ noſtræ Vallis-Paradiſus* dicitur) invocato bonâ fide NICOLAO, ſacratum paniculum projicit in medias flammas. Nec mora: omnis undique ignis domum deſerere, ac concurrere, & conglobatus unum unicum hunc panem quaſi obſidere, deinde ſimul momento intermori. Extincto jam incendio curritur undique ad examinandum paniculum: at illum